Sanctae Luciae Virginis proxima Anno Domini mille simo Sexcentesimo Sexagesimo Nono obtentt et pu blicatt, eiusque publicatione, ac praefatione memorata à summa soluta proveniens se plenarie et sufficienter sibi Recognoscens, Ipsumque Conventum pro tam satisfa ctorem quietat, dimittit, liberumque et abso lutum perpetuo pronunciat. Causam eandem et actio nem Judiciariam, ipsamque poenam Bannitionis, cum illius publicatione, et toto effectu, in toto et per omnia cassat mortificat ac annihilat, Recognoscens sibi, praefatumque Conventum Premisliensem praedictam plenariam praestitisse satisfactorem.

Topolski Contr suo reformat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren
495 Capitan Premislien Generosus Christophorus Topolski, Generosi fehcis Topolski filius, sanus mente et cor pore existens, a Terris districtibus Juribus Jurisdicti onibusque suis quibusque propriis et competen recedendo Actisque vero Castren Capitan Premislien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subijciens palam libere publice ac per expressum recognovit, Quia Ipse Generosam Hedvigim Ostrowska Generosi Adami Ostrowski cum Generosa Sophia Zawiszyn ska procreatam filiam suam Recognoscens futuram Con sortem, eiusque posteris summam Quinquentorum florenorum polonicorum ratione vero Dotis et expectationis plotte ipsam accepisse et in domum suam importasse. Nec non aliam similem summam Quingentorum florenorum polonicorum ratione certe vere Justi et legalis Dotalitij, In et super tota et integra

et integra medietate omnium generalium bonorum haereditariorum et obligatorum Mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum. Tum auri, argenti, Clenodiorum Unionum Margaretharum, Stanni Cupri aeris Orichalci vestium vestimentorum, Equorum Equireae, pecorum pecudum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et imposterum habendae in quacunque forma et materia existens dedit dotavit dotalitavit inscripsit et Reformavit, prout dat dotat dotalitat inscribit et reformat praesens per Ipsam Generosam Hedwigem Ostrowska sui Recognoscens Consortem Eiusque posteros eandem medietatem omnium generalium bonorum haereditariorum et obligatorum Mobilium et immobilium, ac res suprascriptas omnes cum Universis eorundem Utilitatibus et usufructibus competentiaque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utiliendi, ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usufructus libere et effectualiter convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum, Praesentique sua personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jaworski Tureckie quietat 495

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Generosus Petrus Jaworski de Rzeszowice Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesentis vero Castrensis Capitanei Premisliensis Jurisdictioni quae ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter

omnibus